



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Quando communio pueris tradenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

Quando Communio pueris tradenda.

Qui verò confessiones audiunt puerorum, aut puellarum, qui iam annos decem vel duodecim numerant, quos proinde aptos ad venerabile Sacramentum altaris propediem fore existimant, solerter videant, ne vel sua, vel parentum negligentia, & socordia, absque gusto tanti thesauri spiritualis eos patiantur adolescere: quia potius quamq; minori cum productione temporis, quamq; diligentissime fieri poterit, docente eos, quæ ad hoc Sacramentum percipendū necessaria sunt; fructusq; innumerabiles inde manantes, tum quanta animi demissione, ac reverentia, quamq; magna conscientiæ puritate opus sit.

Cæterum, postquam iterum atque iterum eorum confessiones iam audierint, vel per se venerabile Sacramentum eis porrigit, illiusq; rei fidem lcripto faciant, ut Pastori suo exhibetur, quo deinceps in Paschate ad communionem Pastor eos, cum ceteris adiungat, vel ad eam sumendam instructos & idoneos esse scriptis declarent, atque proprium ad Pastorem amendant.

In ipso aditu confessionis, antequam peccata sua quis enumerare pergit, Confessarius, maximè si cum rudioribus hominibus agit, quiue rarius confitentur, debebit quasdam interrogations præmittere, quibus in decursu confessionis omnia commodius cedent: sed autem interrogationes huiusmodi. Primum si certum non habet, pœnitentem ex eorum numero esse quos absoluere rectè possit, interroget, quo modo id

do id sit; si non esse tales inueniat, quam pri-
mum ad aliud qui absoluendi potestatem ha-
bet, remittat; sed aliter est, & tamen nihilo se-
cundus pœnitentem satis non agnoscit, quærat se-
cundo loco: quo in statu res eius sint, cuius ipse
conditionis sit, quam professionem, aut artem
tractet, quod officij genus, ut plurimum, exer-
ceat: interrogabit deinde, quantum tempo-
ris intercessit, postquam confessus est, interim
in memoriam ei redigeus, quam magnū emo-
lumentum parere soleat crebro iterata confes-
sio: tum petet utrum pœnitentiæ nuper præ-
scriptæ sibi fecerit satis: quærat etiam, si norit
articulos Fidei, præcepta Decalogi, & S. Ma-
tris Ecclesiæ: quod si nesciat, tum se geret eo
modo cum pœnitente, quem inferius indica-
bimus.

Quæ sint initio Confessionis facienda.

Quærat utrum diligentiam, atque industri-
am congruentem in conscientia bene exami-
nanda collocarit; quæ sancta tanitatem requiritur,
quanta in negotio quovis maximi ponderis in-
esse solet: res enim verè operofissima est ad Sa-
cramentum Pœnitentiæ ritè accedere: atq; hoc
loco, si necessitas efflagitat, eum de utili quo-
dam modo examen conscientiæ faciendi insti-
tuat, quænam ratio sit ad memoriam reuocan-
di peccata commissa, cum ijs, quæ circumstant
omnia; nimis ut ingrediatur in seipsum, vi-
tæq; tempora speciatim percurrat, initio quidē
quantum ad ætatum momenta, pueritiæ scilicet
iuuentutis, & ceterarū pertinet: secundo qua-
ntum ad status mutationem; quod si uxore in

duxer-